



Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.
Xenivm Academicæ Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli
oblatum

Sacerdotium Ducale ... - Complectens Synopses Sacræ & profanæ historiæ
à fine captivitatis Babylonicæ & Hebræorum Ducum ac Persicæ
Monarchiæ initio usque ad Christum natum

Gartner, Michael

Herbipoli, 1697

Pontifices Hebræorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65122)

qui vocabatur *Ianne*, & filius erat Iosep
 filij Mathathia; de hoc Ianne refert Gene
 brardus, fuisse ultimum principem de domo
 Iechoniae, & sub initium regni Antiochi
 Epiphaniis semet ipsum interfecisse, eo
 quod videret à regibus Syria oppressam fa-
 milia suae libertatem; ideoque illius opes
 ab Epiphane fisco regio ex arte addicta
 esse, & hinc familiae Christi accidisse tan-
 tam accifarum opum, & plebeis sortis te-
 nuitatem, per posteros ad Christum usque
 propagatam.

S. 2. Pontifices Hebraeorum.

XLII. SIMON I. dictus etiam *Pris-*
scus cognomento *Justus*, filius
 Onia propter sollicitudinem, in
 Deum & religionem, & pronam in
 suos cives clementiam: gubernatus
 ejus turbis caruit, quia successores
 Alexandri Magni civilibus bellis im-
 plicati fuerunt. Præfuit annis 37. a-
 que ad annum m. 3765. ante Christum.

XLIII. ELEAZARUS filius Onia
 & frater Simonis Justi, pontificatus
 assumpsit, cum Onias filius Simonis
 adhuc parvulus erat, & postea lib-

Ptolomæo Evergete modò Pontifex factus est, Eleazaro & Manasse Pontificibus interjectis. Pontificatum suum memorabilem fecit liberatione captivorum Judæorum, quos Ptolomæus Lagi in Ægyptum abduxerat, quorum singulos 120. drachmarum lytro redemit: erant autem captivorū 120000. sub hoc etiam Pontifice versio scripturarum per LXX, interpretes facta, & singulari curâ ad felicem exitum deducta. Sedit annis 32 usque ad annum m. 3797. ante Chr. 256.

XLIV. MANASSES demortui Eleazari patruus: de rebus ejus gestis nullibi fit mentio; præfuit annis 9. usque ad annum m. 3806. ante Chr. 247.

XLV. ONIAS II. Simonis Justii filius, amisit patrem infans, & pontificatu primò ab Eleazaro tutore, postmodum à Manasse patruo exclusus est: cui denique senex surrogatus ita præfuit, ut dignitas collata seriùs, non inju-

injuria fortunæ, sed animi parvipotentis
fuisse videatur : totus enim pecunie
colligendæ incubuit, adeo quidem,
ut etiam Ptolemæo Evergetæ usita-
tum 20. talentorum argenti annuum
tributum denegare aulus fuerit; que
res cum ad gentis universæ pervenire
em tenderet, eamque rex per legatos
severè minitaretur, nihil tamen mo-
tus est, sed periculum omne in popu-
lum & legatum Josephum sororis sue
filium rejecit. Præfuit annis 14. &
factus fere centenarius obiit anno m.
3819. ante Chr. 234.

XLVI. SIMON II. plurimùm vices
amicitiâ Antiochi Magni; templum
Hierosolymitanum instauratum alti-
tudine duplici, & munimine firmavit
cumq; gentis curam principe dignam
gereret, urbem contra calus subitæ
& obsidionis pericula fortiter con-
munivit: præfuit annis 25. usque ad
annum m. 3846. ante Chr. 207.

XLVII. ONIAS III. filius Sime-
onis, in omni genere virtutum & pietatis

is exercitatusissimus fuit : sedit annis
36. usque ad annum m. 3882. ante
Chr. 171.

Fuit iste Onias tum *Arco* Spartano regi,
tum *Seluco* adeo in amoribus & veneratio-
ne ob insignem virtutem, ut ab illo in ami-
citiâ sollicitaretur: à *Seluco* autem, hujus
Pontificis amore præcipuè & æstimatione,
sumptus ad sacrificia necessarij è regio fisco
penderentur. In hac felicitate annis mul-
tis peractis orta est ex levi contentione de-
rationibus fori summum dissidium *Oniam*
inter & *Simonem* quendam de tribu Benia-
min, qui alicui officio in templo præfectus
erat, & ed usque adversus *Oniam* invidiæ
& vindictæ stimulis agitari cœpit, ut, cum
opportuniorem nocendi occasionem non
inveniret, sacrum ararium (in quo præter
viduarum & pupillorum, etiam *Ioannis*
Tobiaz F. depositum asservabatur) *Apollo-*
nio Cœlesyriæ & Phœnicæ præsidi prode-
ret. A quo cum rex edoctus, & pensionem
annuam in sacrificia negasset, & per *Helio-*
dorum quæstorem suum pecuniam illam de-
positam fisco adjudicasset: *Onias*, quod
unum poterat, cum gente universa ad vota
& preces confugit, & hæc panopliâ ita vi-
dit, ut *Heliodorum*, qui protervè ad adyta
pergebat, prodigio in vitæ periculum con-
jectum

jectum, iterum precibus suis restituerit, ad regem suum reversus præclari testimonio confessionem de judæorum religione deposuit.

Cumque ne sic quidem Simon à criminibus absterritus esset, ferentque à con sanguineis hujus Simonis quotidianæ rudes, ad controversiam componendam, Onias ad regem iter suscepit, quo interea defuncto, novâ calumniâ apud successorem Antiochum Epiphanem à lalone traxe accusatus est, & pontificatu regis sententiâ abdicatus, Itaque vim veritus ad Alylum Antiochiam fecus Daphnen se recepit, ubi cum aliquamdiu extra pericula commoratus esset, auditis Menelai rapinis ita sollicito zelo exarsit, ut publicè eas argueret, quod dum homo facinorosus ulcisci omnibus modis satageret, occultâ fraude & pæfide Andronico purpurato conficiendum tradidit. Andronicus itaque juramenti religione evocatum Oniam tam nefariè, tamque crudeliter peremit, ut vel ipse Antiocho lachrymas mors Oniæ & simul in dictam exprimeret; mox enim Græcis in ci religionem violatam esse infremmentibus rex quoque ipse inflammatus particula continud purpurâ exutum, vestibus laceratis per urbem ad eundem locum, ubi Onias in Oniam perpetraverat, educi, & in

interfici imperavit anno mun. 3882. ante
Chr. 171.

De Heliodoro, qui thesauros templi
sublatum venerat, refert scriptura, quod
templum subeunti Angelus apparuerit in-
signis ornatu splendido, armis auro ruti-
lantibus, vultu minax, cuius equus in He-
liodorum insurgens, anterioribus unguis
impulsus in terram prostravit: prostratum
autem duo iuvenes invaserunt insigni glo-
ria & decore fulgidi, qui plagas utrimque
ingererant sine cessatione, donec famuli
Heliodorum suum multâ circumfusum cali-
gine rapuerunt, atq; in sella gestatoriâ po-
situm, extra Gazophylacium portaverunt;
quem mutum jacentem Onias oblato sacri-
ficio sanitati restituit; & didicit sacrilegus
captor à castigatoribus Angelis Dei veritatem
predicare.

Oniâ per nefas depulso & exu-
tante, pontificatum per nefas occu-
parunt tres successive Pseudo-ponti-
fices qui sequuntur.

XLVIII. JASON Pseudo-Ponti-
fex, appellatus etiam Jesus adulationibus:
in amicitiam Antiochi Epistatidis, & simul largitione 500. ta-
lentorum in pontificatum, furis ad-

K

in-

instar & latronis irrepsit, superius
 adhuc Oniâ fratre suo. Quomodo
 nere cum totus regi, ne quicquam De
 serviret, patriæ religionis desertor
 impius transfuga factus, Græcos mo
 res & errores simul inexit; Gymnasia
 Græcum sub ipsa arce condidit; Ty
 riorum quinquennales ludos Hæc
 lis pecuniâ adjuvit: regem ab Ægy
 ptia expeditione ad urbem delecto
 tem cum funalibus & falsis accla
 mationibus excepit; pro remunera
 tione autem præsidium gentium ve
 luti compedes recepit, & totum populum
 suo acerbam servitutem attraxit. Quo
 re averfis suorum animis, & patre
 etiam divinâ Nemese repetente,
 à fratre suo Menelao everlus,
 pontificatu dejectus est. Veritas
 de, ne in manus Menelai incidere
 exul ad Ammonitas confugit, inde
 que ad Antiochi alteram in Ægypto
 expeditionem commoratus, cum
 interitu hujus rumor falsus in
 set, copias collegit, urbemque

provi
 genti
 cum
 Men
 moni
 ter in
 bum
 alter
 nifex
 dæm
 spe
 inop
 neris
 stitu
 X
 erat
 niam
 ficat
 talen
 prom
 man
 fex e
 nit, f
 pavit

proviso adortus occupavit, factâ ingenti civium strage; arcem autem cum occupare non posset, in quam Menelaus se receperat, ab Ammonitis redux exclusus est, & atrociter insuper apud *Aretam* regem Arabum accusatus, cum nullibi tutò consistere posset, impius proditor & carnifex, ad Ægyptios, & inde ad Lacedæmonios profugit; ubi minimè pro spe sua exceptus, omnibus rebus inops tandem mortuus est, omni funeris honore & patrio sepulchro destitutus: anno m. 3882. ante Chr. 171.

XLIX. MENE LAUS, missus hic erat à fratre ad Antiochum, ut pecuniam ei ferret; qua in legatione pontificatum emit sponcione trecentorum talentorum, supra tributum à Jafone promissum. Acceptis igitur à rege mandatis (quibus loco Jafonis pontifex esse jubebatur) Hierosolymam venit, fugatoq; fratre pontificatum usurpavit, *nihil dignum habens Sacerdotio,*

Ka

an.

animus verò crudelis tyranni illi & fo-
 bellis iram gerens: quam mox patefecit
 omnigenere rapinarum, cives ad Ethio-
 nicas superstitiones adigens, & reli-
 ctantes sanguine & opibus exhaustus
 ens: cum verò etiam post tantas rap-
 pinas pecuniâ nihilominus destitueret-
 retur, tam ipse, quàm arcis præfectus
Sostratus dignitate exuti sunt. Post-
 quæ aurea vasa è templo deperula-
 tus est, hisq; *Andronicum* præfectum
 corruptum, in *Onia* fratris cædem im-
 pulit, & novo scelere *Lysimacho*, quem
 successorem acceperat, sacrilega ad-
 iuvit; ideoque apud regem cubum
 dicere iussus per *Ptolomæum* quendam
 tum absolutionem sui, tum adverte-
 riorum suorum supplicium impetra-
 vit, & mox cæteros quoq; purpura-
 tos largitionibus aggressus pontifici-
 tum recuperavit. Quo tempore etiam
 otio securè indulget, subitâ Iulianæ
 irruptione grave salutis discrimen
 edit, & in arcem elapsus, Antiochum
 ab expeditione altera *Ægyptiacâ*



versum in urbem fremebundum reci-
pit, eique ad immania scelera ducem
& adiutorem se præbet.

Quæ res cum Asmonææ gentis
principes, quos Machabæos appella-
mus, in justum furorem concitasset
(unde longa bellorum & malorum
series concatenari cœpit) suadente
Lysia, ab Antiocho tanquam fax &
incensor malorum merito supplicio
peremptus est.

Memorant historix ductum esse Bœtes-
am, ubi turris erat 50. cubitorum plena
cineribus, quæ machinam habebat in sum-
mo versatilem, undique in cineres decli-
vem; ibi eum, qui damnatus esset sacri-
legij, aut magni alicujus criminis deicere
consueverant, ut cineribus vivus intumu-
laretur; & hoc supplicium denique obtigit
Menelao impijssimo prævaricatori, anno m.
3892. ante Chr. 161.

LX. LYSIMACHUS frater Jaso-
nis & Menelai, quo exauctorato pon-
tificatu & templo, ejusdem potitus
est; nec annum tyrannide hic exple-
vit, & à populo furente obrutus est.

K 3

Cum

Cum judæis intolerabilis videretur ejus in sacra & profana grassandi libido, quam frater Menelaus multum consiliis impius accendit, & ferociorem effecit, armati in eum insurrexerunt: Lyfimachus vero vicissim civibus tria millia militum opposuit cum duce quodam sene, sed amente, quem nonnulli *Araunum* vocant; cives autem exhausti bonis, majoribus animis & viribus restiterunt, & in cohortes iniquas lapides, fustes, cineremque projecerunt, easque multis cæsis, pluribus vulneratis, aut excæcatis expulerunt; quin etiam captus, ad sacrum ærarium Lyfimachus interfecit, ut intelligeretur ex loco mors, propter sacrilegium potissimum irrogata. Lyfimacho interfecto, iterum Menelaus fraudibus & adulationibus suis pontificatum adiit, eoque perempto Alcimus successit.

LXI. ALCIMUS alio nomine *Jacimus*, postquam pontificatum a *Demetrio Sotere* muneribus emisisset, a *Bacchide* cum exercitu Hierosolymam reductus est, ut inde Judam Machabæum, verum pontificem, & populum ducem eijceret. Ibi violentarum promò machinationum contra *Alcimum* sperato successu frustratus, & a *Bacchide*

ebidē discedente copiarum partem
 praesidij causā secum retinere per-
 missus, ad fraudes se convertit. Cle-
 mentiam erga omnes propensam si-
 mulat; in congressibus comem se
 praestat & facilem; atque pluribus
 jam ad eum confluentibus, mox ite-
 rum apertum furorem exerit, & com-
 prehensos eos, qui Judæ Machabæi
 partes sequebantur, immanibus sup-
 pliciiis excarnificat, Neque tamen
 in Ecclesia delenda quicquam profi-
 cit, Judā talionem in ipsius compli-
 ces fortiter reddente. Igitur novas
 suppetias militares à *Demetrio* implo-
 rat & impetrat, duce *Nicanore*, quem
 Judas felici prælio quidem devicit,
 contra Bacchidem tamen bellum fir-
 mioribus copiis instaurantem succu-
 buit. Rebus sic confirmatis, Alcimus eā
 partem templi, quam sanctorum va-
 tum ædificium appellabant, sub-
 ruere incepit: sed morbo repentino
 præventus est, ita ut ore obstructo
 totus sideratus, neq; loqui, neq; te-
 stamen-

stamentum condere potuerit, brutio
instar, maximo cum dolore vitam
niverit: anno m. 3894. ante Chr. 159.

LXII. MATHATHIAS filius Jo-
ANNIS, sacerdos ex filiis Joarib verus
& legitimus Pontifex: non heredi-
tariâ successione (hæc enim per Pleu-
do-pontificum tyrannidem interrup-
pta erat) sed populi acceptione, vel
communi electione, quæ contigit au-
no m. 3888. ante Chr. 165.

Erat hic annus quasi crisis Iudæica re-
titudinis, quæ hætenus velut ad summum
ascenderat, nunc modicis levamentis co-
walescere incipientis. Cujus occasio fuit
adventus præfectorum regis Antiochi, qui
in oppido Modin cogebant judæos idolis
sacrificare, quod ansam dedit Mathathia
cum quinque suis liberis Joanne, Simone,
Iuda Machabao, Eleazaro & Ionathæ ab An-
tiocho ejusque præfectis deficiendi. Scri-
bit autem Iosephus Mathathia proavum
Assamonaum dictum esse, cujus nomen pro
modum ad familiam Machabæorum transiit.

Veri similis conjectura multorum est, quæ
id nomen, à dignitate profectum censent,
ut sit Ægyptium HASMONAI, quod est
Maga-



Magnates sive *Principes*. MATHATHIAS porro
 elapsus Hierosolymis in sua civitate Modi-
 no degebat, in quam missus praefectus, aut
Euchides aut *Apelles* diadus, edictum impi-
 um regis propoluit Modinitis; id non mo-
 do contempsit bonus senex, sed & iudaeum
 publice sacrificantem idolo trucidavit, eo-
 demq; impetu sancto, & a Deo concitato,
 velut alter Phinees, Zelator gloriae divinae,
 filiorum suorum agmine cinctus, populum
 ad religionis defensionem vocavit, ac pri-
 mum cum viris Deo vero servientibus ad
 loca deserta secessit. Quosdam eorum in-
 secuti regij duces die sabbathi non resi-
 stentes interimunt. Quod cum ad ultimam
 gentis perniciem vergeret, MATHATHIAS su-
 mus jam arbiter religionis pontificia usus
 potestate & auctoritate, edixit, ut hoc quo-
 que die iudaei resisterent invadentibus:
 quod deinceps gloriose atque fortiter Ju-
 daei praestiterunt; samam passim dein vulgata
 undiq; ad Mathathiam confluerunt, inter
 quos numeratur imprimis synagoga Assy-
 dazorum, quae erat virorum religiosorum
 familia (quales etiam *Esseni* erant in repub-
 lica iudaica, non tantum viribus, sed etiam
 sanctitate pollentes) tum alij etiam viri
 boni & gloriae divinae studio accensi, tanto
 numero, ut brevi exercitum conficerent.
Reverseruntque peccatores in ira sua, scilicet
 judae-

K 5

judæos apostatas occiderunt, præter eos qui
 fugerunt ad nationes infidelium, ut evaderent,
 & percusserunt viros superbie, id est, præco-
 etos, & destruxerunt aras cum idoli suis, &
 circumciderunt pueros incircumcisos, qui
 quot invenerunt in sinibus Israël. Hæc dum
 strenuè agerentur, appropinquarunt dies
 Mathathie moriendi: igitur exhortatus fi-
 lios suos ad strenuè propugnandam religio-
 nem patriam, disposuit domum suam, & reli-
 publicæ judæorum, bellique ducem & simul
 Pontificem illis constituit *Iudam Machaba-*
um, cui consiliarium adjunxit *Simonem* ni-
 tu majorem: denique paternâ & pontificâ
 benedictione impertitâ obdormivit & ap-
 positus est in sepulchris patrum suorum in
Modin: & omnis Israël planxit eum plan-
 ctu magno.

LXIII. JUDAS MACHABÆUS
 verus & legitimus Pontifex, cujus au-
 spicijs judæi non solum respirare, ut
 proximo anno sub *Mathathia*, sed flo-
 rere etiam, hostibusque suis terrere
 esse ceperunt.

Nomen MACHABÆI, ut Hebræi & lati-
 ni passim tradunt, inde accepit, quod belli
 sacram contra infideles tesseram accepit
 illud Mosis (devicto Pharaone) concin-
 tis exod: 15. v. 11. *Mi Camocha* *Basilis*
 1074

leva, id est, *quis similis tui in fortibus domine*? ideoque initiales horum verborum literas brevitatis studio vexillis suis inscripserit, quæ suppositis punctis vocalibus in unam dictionem conflata faciunt MACHABELI ut MACHABI sit quasi idem, quod MICHAEL: *quis ut Deus*.

Huic Machabæo, pro patria lege contra barbaros accincto, universa militavit natura, Angeli armis, aër spectris, somnus prælagijs: mortuos etiam auxiliarios sortitus est: siquidem ab Ozia pridem defuncto animatus, & armatus à Jeremia est: cui & ipse Deus centuriatus, fulmineâ manu sese reluti fecialem præstitit: Epiphanem solo nomine exterruit; Eupatorem exarmavit pugnando: Demetrium etiam occumbendo exagitavit. Nicanorem trium regum prætorem, ter insurgentem, primo congressu nudavit, secundo fugavit, tertio occidit. Apollinem, Leonem Ptolomæum, Gorgiam, Timotheum, fulminis instar percussit. Octoginta millia sub Lybia; centum quindecim millia sub

Anti-

Antiocho; centum viginti millia su-
 Timotheo, exigua manu superavit, &
 Galaatidarum urbes incendio dele-
 vit; Maspham ferocem, contrucida-
 tis maribus, eviravit; Caspium mon-
 tibus, Carnionem situ, Ephronem ci-
 vibus optimè munitas urbes subegit;
 Jerusalem septies propugnavit, &
 quater triumphans ingressus est; Jop-
 pitarum, Jamnitarumq; malefida ne-
 valia succendit, & Pharum fecit victo-
 riarum suarum luce longè lateq; et
 fulgurantem, pro aris & focis bella-
 tor invictus, & incomparabilis trium-
 phator, aded in omnibus confidit
 tenax victoriæ, ut nequidem in ultima
 pugna contra Bacchidem, quanquam
 hostilibus armis occumbens, eam his-
 ti suo & inimico Nominis Dei con-
 cesserit: ita enim pugnavit, ut cum
 octingentis viris, non solum totam
 diem in aperto campo restiterit, sed
 ginti duobus millibus militum, sed
 robur ipsum hostilis exercitus con-
 verit, fuderit, fugaverit, & deniq; de-
 luit.



millia fa
peravit, &
dio d'le
ontracida
him mon
ronem
s subegit;
avit, &
ekt; Jop
leida na
ecit v'cto
lat'q; et
cis bella
ilistrium
onfictibus
inultima
uanquam
s, eam ho
Dei con
t, ut cau
im totu
biterit
tum, sed
us con
lenig
su

sus ipse, victoriam sanguinis sui gene-
rosi rubricâ, solenniore festo celebra-
dam, transcripserit, postquam sexen-
nium victoriis implevisset usque ad
annum m. 3894. ante Chr. 159.

LXIV. JONATHAS Judæ suffe-
ctus est, ne oves sine pastore morsibus
luporum paterent. Suscepitq; Jona-
thas principatum & pontificatum,
cùm nulla esset ambitio de successio-
ne: res enim erat non tam honoris,
quàm oneris, gravissimique periculi.
Qui enim metu Judæ vel latebant, vel
pietatem tantùm simulabant, illi
nunc impudè volitare, impietatem
ostentare, hostique sese adjungere
audebant. Bacchides quoque veluti
lupus rapax, pastore percusso, ferocius
nunc perdendi libidine bacchabatur,
Alcimus etiam opinione suâ summus
sacerdos, reipsâ fidei desertor & sica-
rius improbissimus, pontificatum sibi
firmare visus est, prostrato Judâ
Machabæo cum fratribus duobus Jo-
anne & Eleazaro (quorum hic ab ele-
phan-



phanto, alter à latronibus infidiose
 oppressus) Inter has adeo dubias fortis
 procellas, Jonathæ prudentia Judai-
 cæ reipublicæ clavum feliciter mo-
 derata, sustinuit & superavit tempe-
 states: æstimatis enim hinc & illinc
 viribus, semper applausit fortiori;
 junctus Demetrio contra Alexan-
 drum; fortiori facto Alexandro, jun-
 ctus est contra Demetrium: versâ
 aleâ, junctus iterum Demetrio, con-
 tra Alexandrum. Cùmque pruden-
 tiam & fortitudinem Jonathæ pro-
 carentur omnes amasij bellicæ tot-
 tunæ, jungi cœpit Antiocho contra
 Demetrium, iterumq; Tryphoni con-
 tra Antiochum: sic, callidus heros
 Jonathas, inter præsentem hostem &
 futurum in omnia sibi suisque provi-
 dus & cautus, veluti fluctus pellitur
 fluctu, sic alterum hostem altero tra-
 hit, & aliquid semper ex utroque de-
 libavit. Deniq; tamen expertus est
 cæcam esse politicorum sapientiam
 & gentium nuspiam inveniri, qui om-
 nibus



nibus horis sapiat. Tryphon enim Græcâ fide receptum Jonatham, vinculis tandem suis constrinxit, & unâ cum filijs interemit. Anno m. 3912. ante Chr. 141.

DIODOTUS TRYPHON cùm pupilum suum decennem Antiochum regno exuere decrevisset, veritus sibi à Ionatha viro forti & iniquitatis inimico, eum Scythopolim invitavit, adfuit hic sed cum quadraginta hominû millibus, quibus perterritus Tryphon, qui statuerat vi agere, eum dolo perdere proposuit; suadet igitur ei dimittere exercitum, & cum paucis venire Ptolemaidem, quam ei traditurus erat. Remittit copias suas Ionathas imprudentissimè, missis tantum duobus millibus in Galilæam, ipse mille stipatus cum Tryphone Ptolemaidem ingreditur; verùm statim clausis portis datus est in vincula, comites ejus cæsi, missique equites, qui dimissos in viâ cæderent. At illi admoniti de periculo suo, ita se paratos ad ultionem commilitonum suorum, & ad prælium ostenderunt, ut visi sint dimittendi, tanquam viri desperatæ audaciæ, & à quorum parte stare posset victoria. Fraudi huic fraudem alteram annexuit malignus, & dolosus
Try-

Tryphon: cum videret, quod Marte aperto non posset, totum Mathathiaë reliquum germen tollere, spondit judæis dimittere Ionatham, quem in vinculis secum trahebat, si centum talenta fisco debita persolverentur, & duo filij Ionathæ obsolescerentur. Simon, qui jam in pontificatum & ducatum pro Ionatha suffectus erat, prævidebat quidem fraudem, veritus tamen maledicorum linguas, à quibus avaritiæ accusari posset, pecuniam & obsolescentiam misit. Verum perfidus Tryphon retrorsum omnia, & paulò post in oppido Baccamas Ionatham & filios interemit: quorum corpora ad sepulturam non negavit, sumptibusque magnificentissimo funere elata, trinitissimo Simonis solatio, sed hoc tēpore necessario.

LXV. SIMON quintus Mathathiaë filius post Jonatham electus à populo, dux simul & Pontifex, statim solertia magnâ publicæ rei providere cepit, absolvere murorum instaurationem, Joppem periclitantem novo firmo præsidio, seque modis omnibus communitate; & cum videret Tryphonem regem Syriæ declaratum esse (per dolum sublato Antiocho pupillo)

Demetrium transijt, eumque tan-
quam legitimum Syriæ regem, cum
muneribus per legatos salutavit. Ga-
visus hæc legatione mirum in modum
Demetrius (cò quòd sibi per hæc ami-
citiæ & societatem cum iudæis spes
magna affulgeret redeundi in Syriam
& sua recuperandi) honorificè Simo-
nem, gentemque totam in fœdera &
socio arma admittit, & multa, quæ li-
beraliter promisit, tam fideliter præ-
stitit, ut deinceps Israëlitzæ jugum
gentium excusserint, factique sint re-
gum Syriæ non subditi, sed amici, ab
omni tributo liberati. Et fortunæ ju-
dæorum, quæ in morte Jonathæ &
filiorum ejus, ac mille insuper prima-
riorum civium luctuosâ strage, pene
desperatæ erant, rebus terrâ, marique
belli & domi, in acie & in templo,
ubique præclare gestis, in statum non
solum quietum, sed etiam florentissi-
mum Dei benignitate conversæ sunt,
quem tamen felicitatis pedissequa in-
vidia mox pessumdare conata est; Io-
nathâ

nathâ anno pontificatus sui octavo ad annum m. 3919. ante Chr. 134. proditoriâ cæde sublato, à genero ambitioso & invido.

PTOLOMÆUS filius Anobî Simonis gener, à quo præpositus fuerat Jerichontinæ provinciæ, cum divitiis abundaret, proprio nomine regionem obtinere flagrabat, æstu ambitionis accensus, itaque Sacerum suum Simeonem cum filijs duobus Juda & Mathathia, dum hanc provinciam lustrat, in munitione Docho, quæ erat in Jericho, convivio fraudulento excipit, absconditis sicariis: cum quibus, ubi convivia bibissent aliquando laxius & lætius, matus irruit, & sacerum senem, candidissimum pontificem, cum duobus filiis, & aliquot famulis interficit, statimque de perpetrato scelere regem *Sadatem* certiorum facit, potens ab eo exercitum in auxilium, ut eam regionem omnem Judæorum cum civitatibus eorum traderet in manus. Ex quo patet patrati sceleris conscium & comparem fuisse *Sadatem*, sed & in Gazam miseram emisit, ut tollerent Joannem, & Hierosolymam occuparent submissis milite: sed Joannes monitus Joannes eos interfecit, & Hierosolymam conservavit.

LXVI. JOANNES HYRCANUS

Simonis filius, Mathathiaæ nepos, post susceptum pontificatum obsidere paricidam Ptolomæum aggressus est: sed matris verberibus & cruciatibus quibus impius Ptolomæus affinis, eam in conspectu Joannis supra muros excarnificari jusserat, commotus, obsidionem sustulit. Inde Antiochi Soteris bello vexatus, & infestâ obsidione Hierosolymis pressus, & ad deditiorem eâ moderatione invitatus est, ut solutis regi 500. talentis & munitionibus dejectis, hunc ad bellum Parthicum sequeretur: quod factum est eo eventu, ut Antiochi interitus ipsi fieret occasio ad rem feliciter gerendam, & regnum amplificandum. Cum enim duce Indate profligato & Pentecostes sacros dies progredi ulterius cum Antiocho detrectaret; & ille nihilominus bellum urgendo, in prælio occubisset, Joannes mox Syriam populabundus invasit, recuperavit urbes judæis detractas, destruxit

tem-

templum in Garizim, subjugavit Iudeos, & ad circumcisionem ad eos Romanos, & Alexandrum Zebiam foedere sibi junxit, Samariam oblatione annuâ captam solo & quatuor ductis torrentibus, ut horum eluvione vestigium nequidē oppidi superesset. Pontificatum suum gessit usque ad annum m. 3950. ante Chr. 107, & mortuus est, tribus præcipue rebus signiter fortunatus, nempe principatu gentis, pontificatu, & futurorum prælagitione. Etenim filium suum Antiocho Cyziceno victoriam ab Samariam cœlesti voce denuncians, populo eodem die indicavit, & principatus eorum fata prædixit. Hæc ilios reliquit ex Alexandra susceptos Aristobulum, Antigonum, Alexandrum, Absolonum, & alium quemdam anonymum.

LXVII. ARISTOBULUS L. post Joanni Hyrcano successit in Pontificatu & principatu, quem in regno ille mox commutare ausus, regem

diademate assumpto nominari primus
jubet: cum fratre Antigono eandem
dignitatem communicat: matrem au-
tem dominatūs partem postulantem
& prætendentem quòd eandem con-
cessisset maritus Hircan, necat ambi-
tiosus parricida, & fratres cæteros,
qui matri adhæserant, vinculis con-
stringit. Nec diu Antigono commu-
nicatā dignitatis benevolentiam præ-
stat, sed per calumniam regni affecta-
ti ab invidis accusatum, & Alexandrā
uxore suā, quæ etiam Salomes dicta
fuit, facem subdente, per satellites e-
medio tollit. Unde immanium scele-
rum conscientia pressus, morbo, eo-
dem in loco correptus, quo fratrem
extinxerat, inter acutissimos corporis
& animi dolores, cum sanguine ani-
mam simul evomit, primo anno re-
gni ad annum m. 3951. ante Chr. 102.

LXVIII. ALEXANDER JAN-
NÆUS dictus etiam JOANNES II.
filius Hircani & frater Aristobuli,
quem statim Salome demortui re-
gis

gis uxor, ætate & modestiâ cæteris præcellentem, vinculis carceris solutum sibi matrimonio coniunxit, duorum fratrum facta successive coniunx & regina. Eum pater Hyrcanus oderat, quia huic, pro aliis duobus liberis, Aristobulo scilicet & Antigono oranti, Deus exhibitâ in somnis effigie coronati Jannæi, indicat successorem fore in regno, ideoq; innoxium summo odio prosequi cepit, nec aspectu dignaretur, sed in Gallilæa procul à suis oculis nutriendum curaret. Is sui principatus innoxium fratrem suum (nomen à Josepho dicitur) tacetur) insidiantem regno intus mit: alterum autem Absolonum dicitur, privatâ contentum vitâ, in deliciis habuit. Rebus domi contentus, Ptolemaidem obsedit, obsedit verò Lathurus Ægyptius operam tulit. Coëgitq; Jannæum obsidione tollere; conversus igitur ad fratrem Jannæus cum Lathuro fectè peritur, clàm autem Cleopatram

Lathurum excitat, ob quam perfidi-
am fortissimo exercitu à Ptolomæo
sive Lathuro oppugnatus & victus
est, amissis suorum triginta millibus,
sic Deo perfidiam vindicante; auxi-
liaribus tamen copiis à Cleopatra re-
dintegratus, grassatorem Lathurum
scedè Judæos ferro & igne depopu-
lantem iterum ejecit, variisq; urbibus
subactis rem Judaicam plurimum au-
xit. Sed nescivit vir immoderatus
uti fortunâ suâ: quam laudem gesto-
rum meruisse videbatur, eam crude-
litate & perfidiâ iterum extinxit.
Postquam alternantibus victoriis &
cædibus, bella bellis multa innexuit,
set, æquè cum gentibus extraneis,
quàm cum domesticis & civibus. Fe-
brim quartanam ex ebrietate contra-
xit, quâ integro triennio confictatus
tandem occubuit, per 27. annos mag-
nâ crudelitate administrato Pontifi-
catu usque ad annum m. 3978. ante
Chr. 75. reliquit post se filios ex Alex-
andra

andra susceptos Hyrcanum & Antiochum.

De Jannæi crudelitate refertur, quod in bello, cum civibus gesto, 50000. peremerit: cujus belli incentores fuerunt Pharisæi, qui capitali odio à Jannæo, & à parte ejus Joanne diffidebant.

Judæorum, (qui auxilio Demetrii adversus Jannæum bellum gesserant) in Bethouia expugnata octingentos cepit & Hierosymam adduxit, ibique facinus inhumanissimum commisit: epulans enim cum concubinis excelsiore loco, unde prospectus patebat, ad octingentos iussit crucibus affigi, & in conspectu ad hoc ventium, jugulari uxores cum liberis: propter quam crudelitatem THRACI cognomen apud Judæos obrinuit.

Perfidia simul & crudelitatis barbarum argumentum dedit in Gaza, quam per Lycaonem deditione acceperat: in hanc primo pacatus ingressus, deinde in circuitu milites immisit permisa sævienti licentia, quâ passim Gazei (quamvis non inulsi) trucidabantur, alij verò desolatas præter ædes incendebant, ne hostis prædâ potiri possent, quidam etiam suis met manibus uxores & liberos interficiebant, ne in captivitate abstraherentur Senatores. numero

quing
runt,
urbs t
rorum
larum
D
gnum
enim
major
teltate
anno
autem
cipen
lagax
leas
minur
dolo &
cano
rand
gnun
genti
Arme
gressu
nique
ra, re
tâs ti
conju
LX
xand
prim



quingenti in templum Apollinis confugerunt, quos omnes jugulari iussit Jannæus: urbs tota facta est civium, uxorum, liberorum, & cujuscunq; sexus & fortis incolarum sepulchrum.

Defuncto Jannæo, cœpit apud Judæos regnum à pontificatu separari: Alexandra enim Jannæi vidua pontificatum Hyrcano majori natu filio permisit, ipsa autem potestatem sibi regiam cum regno servavit anno m. 3979. ante Chr. 74. Aristobulum autem filium natu minorem constituit principem militiae * Mulier fuit ingeniosa & sagax, sed improvida in hoc, quod Pharisæos sibi nimium arrogare passa sit, hominum genus malitiosum & concretum ex dolo & fastu. Hos sanctiones à Joanne Hyrcano abolitas revocare, & sævire in Alexandri amicos permisit: cæteroquin regnum ita administravit, ut etiam vicinis gentibus terrori esset: * TIGRANEM Armenum ex regno Syriaco Iudæam ingressum, muneribus & pecuniâ avertit: deinde anno m. 3981. ante Chr. 72. mortuâ, regnum Hyrcano tradit, & pontificatus tiaram cum regio diademate iterum conjungit.

LXIX. HYRCANUS filius Alexandri Jannai ex Alexandra genitus: primò Pontifex tantum, postmodum à mo.

à moritura Alexandria etiam rex
claratus, quam dignitatem non
retinuit; cum enim esset homo pro-
pter segnitiam rebus administran-
dum idoneus, statim ab Aristobulo
fratre bello appetitus est, & ad
chuntem victus consentire debuit
foedus, ut ipse pontificatus & divitiis
contentus viveret, regnum autem
Aristobulo cederet.

Hæc fortunæ mutatio non modicum
ba & noxia viro ignavo fuisse, non
patri Idumæi, quem familiariter
perniciosis consiliis obtemperasset
pater enim genere Idumæus, humilis
& factiosus, ideoque plurimum in
stobulo, Hyrcanum concitavit in
suasitque, ut si vitæ suæ consulere
ad Aretam in Arabiam fugeret
Aretæ suasit, ut eum quasi legitimum
Hierosolymis restitueret, pactus
urbes à Iannæo ereptas Arabibus
Aristobulus igitur Hierosolymam
litur, & obsidetur in templo, sed
Syriæ præses, qui tunc agebat
300. talentis ab Aristobulo in auxilium
ductus & emptus, Aretam facere
& facti sunt Hyrcanus & Antipater

bulo subditi. Verum ad superius tribunal,
 ad Pompejum scilicet, sese converterunt,
 qui fratres ambos Hyrcanum & Aristobu-
 lum de regno disceptaturos Damascum
 erocavit; ubi damnata Aristobuli violen-
 tia, utrumque fratrem apud se manere jus-
 sit, donec bellum cum Nabathæis conse-
 cisset. Sed Aristobulus fugit in Iudæam
 quem cum exercitu Pompejus insecutus
 est, Hyrcano & Antipatro ad id stimulantibus.
 Facti poenitens Aristobulus obviam
 occurrit Pompejo, & pecuniam pollicetur,
 & donec eam numeret, retinetur in vincu-
 lis. Sed pecuniam negarunt cives. Quare
 Hierosolyma obsidetur, & ab inimicis Ari-
 stobuli tandem Pompejo traditur: sed à cor-
 datioribus multis templum occupatum,
 atque contra Pompejum aliquamdiu fortiter
 defensum, donec illud à Romanis die
 sabathi captum est magnâ strage civium
 elicâ. Templum ingressus Pompejus sa-
 cræ supellestilis nihil attigit (scribunt ta-
 men aliqui, templi pecunias ab eo direptas
 esse) deinde Hyrcano redditus est Pontifica-
 tus: auctores belli securi percussi: præter
 Antipatrum, cruce, quàm securi dignio-
 rem. Hierosolyma facta Romanis stipen-
 tharia, ita, ut intra breve tempus pendere
 debuerit 10000. talentorum, id est 60, ton-
 nas auri; ejus muri everfi, Iudæa in pro-
 vin-

vinctæ formam redacta, iussuque proprio parere præfidi, & ne temen belli relinqueretur, Aristobulus cum duobus filiis, Scylliabus totidem, Romam abductus est.

Proles Aristobuli quas ex filia Antipatri sui suscepit, fuerunt ALEXANDER ANTIGONUS, ALEXANDRA & alia adhuc anonyma. Servivit posthac Hyrcanus in dignitate pontificali perpetuam feruitutem Romanis ducibus, Gabino, Cassio, Casari; & huic quidem per Antipatrum contra Alexandrinos auxiliarius, idem Etnarchæ honoribus auctus est, & munerum Hierosolymæ reficiendorum pontificatem impetravit.

Interea Aristobulus cum filiis suis à manibus Romanorum variis modis in Iudæa concitavit, donec à Gabino captus, & Romam denuò reportatus est: Antigonus autem ejus operâ Paronem Oradis (quem Labienus ad bellum Romanum inferendum, & Syriam occupandam adduxerat) in pontificatum Hierosolymitanum intrusus est armatâ manu; & Hyrcanus captus cum Phaselo Antipatri filio, à populi favore in pristinam dignitatem restitueretur, amputatis auribus mutilatus, vincus Babylonem abductus est, ut cum gentilibus judæis ibi privatim viveret. Antigonus enim mutilos à pontificatu prohibuit.

Phaselus autem vinctus, capite ad saxum
allio, sibi vitam abruptit an. m. 4014. ante
Chr. 39.

Rebus ita turbatis Herodes, alter Anti-
patri filius, qui maturâ fugâ evaserat, ab
Antonio Romæ non tantum exercitum
auxiliarem, sed etiam pro stipulata magna
pecuniæ summâ regium nomen & regnum
Judaicum obtinuit: ideo cum valida manu,
& Silone duce Romano Hierosolyman
profectus, eam obsidione pressit & demum
an. m. 4017, ante Chr. 36. cum novis auxi-
liaribus copijs navalibus & terrestribus ab
Antonio, duce Sosio submissis, corrobo-
ratus esset, armatâ manu expugnavit, cæ-
dibusque omnia replevit: in qua expugna-
tione Antigonus de turri descendens, & ad
Sosis genua supplex factus, in vincula con-
jectus, atque ad Antonium deductus est,
quem postea Herodes precibus & pecuniis
multis impetravit, ductumque Antiochiam
securi percussit.

Cum Herodes jam regno potitus esset,
& optimates omnes sustulisset, quotquot
Antigono favisse suspicio tantum erat, ap-
positis in hunc finem ad portas custodibus,
qui etiam sandapilas scrutarentur mortuo-
rum, ne quis effugeret, Hyrcanum apud
Parthos, patriæ revisendæ præcupidum re-
vocavit Hierosolyman. Sed quoniam ob
L 3 muti-

mutilationem pontificatum exercere non
 poterat, illi Analelum quendam, ex Baby-
 lonia accitum, pontificem substituit, tra-
 stra frementibus judæis, & injuriam sibi
 Deoq̄ue fieri non obscure significans
 Hyrcanum autem aliquamdiu altitudi-
 natione perhonorificè habuit, donec de-
 prehensum, res novas per litteras ad
 Malchum Aretæ successorem datas, moli-
 ri, octogenarium mortis supplicio affecti-
 Conformius autem est tum Herodis astutia
 & crudelitati, tum Hyrcani mitissimo inge-
 nio, quod per calumniam oppressit. No-
 mam enim ad Cæsarem evocatus, propter
 amicitiam cum Antonio habitam male
 metuebat, ne vitâ vel regno privaretur.
 ideo ne quis è semine regio superesset, qui
 se in ordinem redacto, regnare possit. Hyr-
 canû sub ambitûs prætextu interfectus
 4024. ante Chr. 29. de Herode pluri-
 quente §. Hyrcani hujus filia fuit Alexan-
 dra, quæ corrupta fuit Alexandro
 Aristobuli Hyrcani fratris, Alexander
 autem ex Alexandra genuit Aristo-
 lum & Mariamnem, cui nupsit Herodes
 itaque per Mariamnem Hyrcani
 Herodes cum Hyrcano, lupus scilicet
 agno, contraxit affinitatem.

Pontifices, qui post Asmonæos ademptâ vel ducali vel Regiâ dignitate vixerunt usque ad exsidi-um Hierosolymæ.

LXX. ANANELUS sive ANÆ-
LUS vixit avitâ Sacerdotis dignitate
Babylone, & ab Herode rege ad pon-
tificias functiones Hyrcano suffectus,
& solemniter inauguratus præfuit us-
que ad annum m. 4029. ante Chr. 24.

LXXI. JESUS filius Phabetis ob-
tinuit pontificatum post Ananelum,
sed eundem abdicare mox ab Herode
coactus, cum annum nondum exple-
visset. Sic post Asmonæos jus nul-
lum successionis fuit pontificibus, sed
omne eorum munus pependit à regi-
bus Idumæis, & Romanis prætoribus;
nec aliter, quàm vel favore, vel pecu-
niæ interventu hæc dignitas confe-
rebatur, & quidem non ad dies vitæ,
sed definito annorum numero, qui
ubi effluxissent, novas licitationes in-
tervenire oportebat.

L 4

LXXII.

LXXII. SIMON filius Barthe-
 cognomento Cantharas, Patria Alex-
 andrinus erat, & tantæ felicitatis, ut
 tres filios pontifices viderit *Simonem*
 scilicet *Joazarum* & *Eleazarum*. Prae-
 fuit laudabiliter per annos 21, usque
 ad an. m. 4050. ante Chr. 3.

Habuerat hic Simon filiam, quam Jo-
 sephus *Mariamnom* vocat, cujus miræ pro-
 chritudine captus Herodes, duxit eam
 uxorem; & ne istæ nuptiæ judæorum regi-
 parum dignæ viderentur, puellæ parentem
 ad summi Pontificatus honorem creavit
 Phapetis filio exauctorato.

LXXIII. MATTHIAS *Theophili* fili-
 us, genere Hierosolymitanus, fuit
 cujus pontificatus anno secundo ex
 Virgine natus est Pontifex summus &
 æternus sacerdos simul & victima pro
 mundi salute CHRISTUS JESUS.
 Excidit autem Matthias suâ dignitate
 ob suspicionem conjurationis contra
 Juda & Matthia, quod aquilam in
 ream templi dei jecere ausos, non pro-
 hibuisset.

LXXIV. JOAZARUS datus est ab Herode successor Matthiæ post duos annos pontificatus; ab Archelao simulatus, quòd cum seditiosis fuisset, pontificatu iterum exutus, vitam privatam vixit.

LXXV. ELEAZARIUS fratri in pontificatu ab Archelao surrogatus est, & quàm facilè dignitatem invenit, tam citò perdidit, anno officij sui tertio.

LXXVI. JESUS filius *Sia*: incertum est, quàm fortunâ pontificatum acceperit vel amiserit; nam relegato aliquanto post Archelao dignitas illa ad *Joazarum* filium *Boothi* redijt, penes quem duobus annis permansit.

LXXVII. ANANUS sive Annas Zethi filius consecutus est pontificatum à *Quirino* (quem Lucæ historia Evangelica *Cyrenium* nominavit) eoque ad satietatem ut loquitur Josephus, perfunctus, amotus iterum est à *Valerio Grato*. Hic ille Annas in cujus domo Christus ab impio servo

alapâ percussus est: dictumq; ei est:
respondes Pontifici?

LXXVIII. ISMAEL *Fabi* filius
 qui annum integrum non explevit.

LXXIX. ELEAZARIUS accepit
 pontificatum à *Valerio Grato*, & tenuit
 anno tantum uno.

LXXX. SIMON filius *Canthabri*
 pontifex anno uno.

LXXXI. JOSEPH CAIPHAS
 cer *Anani* sive *Anna*, secundum com-
 putum *Saliani*, sedit usque ad tempora
 Apostolorum, post Christi ascen-
 sionem Evangelium prædicantibus
 bus ipse quoque tanquam primus
 & caput Sacerdotis præfuit. Non
 re celebrior extitit, quam vaticinium
 quod edidit de Christo, non ex sua
 sua, sed ex officio, cui Spiritus Sanctus
 stiterat, & veritatem ex ore impij
 ferri docuerat: *expedit, ut unus
 moriatur, quam ut pereat tota gens.*

In hoc Caipha sistit *Salianus*, neque
 pontifices successores enumerat, eo-
 rumque nomina non addit, quia
 jam extincta esset Synagoga, quamvis

dum penitus cum lege antiqua fuerit sepul-
ta. Qui sequuntur pontifices, illi hoc or-
dine à Josepho, Nicephoro, & Zonara
commemorantur.

LXXXII. JONATHAS, qui à Fe-
lice Præfide Romano per sicarios sub-
latus est, eoquòd avarè & improbè
republicam administrantem, libe-
rius monuisset.

LXXXIII. THEOPHILUS ex
beneficio *Vstelij* pontificatum fratris
Ionathæ excepit.

LXXXIV. MATTHIAS filius
Anani pontificatum accepit ab *A-*
grippa: vir fuit auctoritatis, qui in
bello Judaico legatus ad *Simonem*, ut
Zelotarum tyrannidem reprimeret.

LXXXV. ÆLIONÆUS Cithæi
filius, suffectus est ab *Agrippa* in lo-
cum *Matthiæ*.

LXXXVI. JOSEPHUS Canei seu
Camydæ filius, honoratus pontifica-
tu ab *Herode Rege Chalcidis*.

LXXXVII. ANANIAS. infensif-
simus hic fuit *Pauli Apostoli* persecu-
tor,

tor, quem ad Cæsarem missum, cum aliis sacerdotibus confectus est, ut per *Tertullum* oratorem graviter apud *Felicem* accusaret. Denique bello Judaico, cum pro optimatarum partibus pugnasset, fugâ ad Euripum se abdidit, ubi comprehensus & interemptus est.

LXXXVIII. ANANUS II. dicitur etiam Ananias, erat audaciâ & ferociâ effreni plenus, & vesana Sacerdotum dogmata professus, ac tantus palam. Hic S. JACOBUM Hierosolymæ Episcopum falso impietatis condemnatum, judicium concilio, in absentia *Albini* Præfatis lapidandum objecit, sed propter hoc facinus ab *Albino*, qui post *Festum* provincie præses factus, pontificatus abdicatus est; quam ignominiam calidè dissimulavit, & tam *Albini* gratiam, quàm novum pontificem, & multitudinem populi, liberalitate devinxit, ut impunè posthac atrocioribus adhuc sceleribus se obstrin-

ret. Servos enim alebat, qui areas
 obibant, & sacerdotum decimas ra-
 piebant; quæ audacia eò excrevit, ut
 per totam Judæam ab ipsius cognatis
 rapinæ exercerentur, demum in bel-
 lo Judaico à Zelotis & Idumæis, con-
 tra quos fortissimè diu pugnârat, seque
 urbemque defenderat, cum ingenti
 civium lanienâ & cæterorum pontifi-
 cum internecone ipse quoque inter-
 fectus est.

LXXXIX. JESUS *Damnei* filius
 surrogatus Anano II.

LXXXX. JESUS *Gamalielis* filius
 post *Jesum Damnei*.

LXXXXI. MATTHIAS ab
 Agrippa II. Pontifex constitutus post
Jesum Gamalielis, quo tempore bellum
 ceptum adversus Romanos, ipsi quo-
 que exitium attulit; nam digladianti-
 bus inter se intestinis cædibus *Simone*
 & *Iohanne*, à *Simone*, quem civitate
 donârat, perimitur.

LXXXXII. PHINEES à Josepho
 PHANASSUS dictus *Samuelis* filius,
 Ulti-

ultimus Pontificum. Vixit vitam rusticanam, & annis multis in rusticitate exactis, factus est Pontifex Maximus. Cū enim Hierosol: omnib⁹ in pejus ruentibus, plebs etiam pontificis creandi, jus sibi sumpsisset, & prioribus familijs abrogatis, rem sorti commisset, *Phinees* casu hęc dignitate potius popularibus votis in urbem pertractus, & mauguratus est. Quā novitate rei, & præsertim cum valde rusticus esset tum sibi, tum bonis omnibus lachrymas excussit. In hoc munere tam diu, licet invitus, retentus est, donec Hierosolyma capta in Romanorum potestatem deveniret: facta urbis, templi, Sacerdotij, summi Pontificatūs, & totius populi excisione.

S. 3. Principes & Magistratus Hebræorum.

Impletur tandem vaticinium Jacobi: *Non auferendo scepro de juda, donec veniat, qui mittendus est: quamvis enim juda*